



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor Actuosus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO XI.

AMOR DEI,

*Amor Actuosus.*

Quis poterit capere, quantum contineat hoc verbum *Amo*: Videlicet, *Amo* uniri me DEO: amo unire DEUM: amo, quod DEUS sit DEUS: amo voluntate DEI: amo gloriam DEI: amo excellentias DEI: amo participationem DEI. Septem his actibus corda nostra participata amori, DEO explicant sua desideria, quantum cupiant in terra, quantum sperent in caelo, quantum petant à DEO.

Loquere ergo, cor meum: dic, quod sit desiderium meum: quousque te efferas. Vulneravit me Amor, quousque qui satis estimari non potest, *sotus desiderabile*, *sotus desiderium*. (*Cant. 5.*) Hinc aliud desidero, quam unire me ipsi, & per fidem in hac vita, & per claram visionem in altera. Aliud non desidero: nihil est, cui nihil desit. Aliud non volo, quam Divinam eius voluntatem, & ut ei cœtatim homines in terra, & sancti in caelo, semper deat honorem, & gloriam. Omnis mea cogitatio alio non spectat, aliud non estimat, quam summum Bonum supra omnia bona. Neque hic sisto: transeo à DEO in DEUM, amando in DEO: quia diligo proximum meum, ut magnum DEI, ut filium DEI.

## CONSIDERATIO XII.

AMOR DEI,

*Amor Unionis.*

Cupio me unire cum DEO. Ecce primus partus Unionis. Divine Primogenite, qualis est indoles tua?  
Unire